

De Armillis Veterum. 15

§. II. *Armillae quas corporis partes exornarint?*

Armilla quanquam ad armos vi nominis propriè spectent; Transierunt tamen quoque ad manus, quæ & brachium & extremam manum lata notione complectuntur. Duplex enim locus, vel in carpo, vel humero. In humero *κλιδῶνες*, ut supra vicimus. *Ψέλλια* & *περιγόρπια* in summis brachiis, auctore *Polluce* in *Onomastico*, quod à nominis argumento comprobat *Calius* Lib. VIII. cap. XIII. *Brachialia* Latinis utrique competunt parti. Nam pro *armillis* *Flavius Vopiscus* in *D. Aureliano* usurpat, alique, & de *pericarpis* nihil vulgatius. Frequentiora enim fuere *Ψέλλια*, quam *κλιδῶνες*. Hinc pro manus ornamento etiam *κλιδῶνες* habuit.

Pol-

Armillae
in carpo
vel hu-
mero.

Brachia-
lia pro
armillis
& peri-
carpiis.